




rantur a. 1440000. residuū sit numerus primus. Spacium autē inter applicationes sit tertius. duc  
 secundū in tertium: diuide per primū: exhibit distantia quæ sita. ¶ Exemplū partes rectæ sint. 900.  
 partes versæ sint. 800. & spacium inter applicatiōes sit. 10. cubiti: fiet numerus primus. 720000. se  
 cundus. 1080000. spacium vero inter applicationes sit. 10. cubiti: duco secundū in tertium: diuido p  
 primū: exeunt. 15. cubiti distantia inter me & basim altitudinis. ¶ Demonstratio a e. secet d c. cō  
 tinuatā in n. ex demonstratione prima huius ppositionis: patet m n. ad f p. esse sicut d a. ad a f. & p  
 mutatum m n. ad d a. sicut p f. ad f a. Sed primus sit l. secundus s l. sit ex o b. in d m. & pducto ablato  
 a quadrato a b. Cum autē ducis o b. in d n. puenit quadratū a b. eo q̄ a b. sit medio loco pporcio  
 nalis: quare sequit̄ vt l. sit multiplicatū o b. in m n. sed s. sit ex multiplicatione b o. in b a. seu d a.  
 Igitur quæ est pporcio n m. ad d a. seu p f. ad f a. ea est l. ad s. quod est propositum.

### Propositio Quinta.

Rei alte in plano site oculo in eodem plano  
 existente altitudinem deprehendere.



**O**lspone instrumē  
 tū in plano quæ  
 admodū in præcedenti  
 ppositione præceptū est  
 & vide p foramina pin  
 nularum sūmitatē rei &  
 nota vbi regula a e. se  
 cet alterū laterū d c. aut  
 b c. Nam si neutrum secat  
 sed secat angulū c. tunc  
 altitudo sc̄ f g. est æqua  
 lis distantiæ scilicet a f.



quæ tibi cognita est: siue per mensurā pedum: si accessibilis sit:  
 aut iuxta doctrinam alicuius præcedentiū: si nō accessibilis: qua  
 re & altitudo nota fiet. ¶ Si autē secatur latus d c. tunc distantia  
 a f. maior est altitudine f g. Ideo a f. multiplica per numerū par  
 tium quas secat a e. & diuide per. 1200. & exhibit altitudo f g. quæ  
 sita. ¶ Exemplū numerus partium scilicet d n. sit. 300. sed a f. sit  
 400. cubiti duco. 400. per. 300. & diuido per. 1200. proueniūt  
 100. cubiti altitudo f g. quæ sita. Nam in figura a d. ad d n. est si  
 cut pporcio a f. ad f g. Sed si secat latus b c. tunc distantia a f. est  
 minor altitudine f g. Ideo multiplica a f. per uumerū. 1200. &  
 diuide per numerū partium quas secat a e. & exhibit altitudo f g.  
 quæ sita. ¶ Exemplum sit numerus partiū. 800. spacium a f. sit  
 300. cubiti: multiplico. 300. per. 1200. & diuido per. 800. pue  
 niunt. 100. cubiti altitudo quæ querebat. Nam in figura o b. ad  
 b a. pporcio est sicut a f. ad f g.

### Propositio Sexta.

Aliter et absq̄ noticia distantie inter te et basim reperies altitudinē  
 talis rei sic.

**H**ac duas stationes vt in tertia ppositione dictū est: & secet a e. in ambabus statiōibus: primo  
 latus d c. qd̄ versū inscribit̄ in vtraq̄ statiōe. nota numerū partiū quā secat a e. diuide. 1200  
 p vtrunq̄ numerū & quotientē minorē aufer a maiore: & p residuū diuide distantia inter ambas  
 stationes: & erit altitudo quæ sita. ¶ Eyemplū in ppinquiori statione numerus partiū lateris versi  
 sit. 60. in altera. 4. diuido. 1200. p ambos numeros exeūt. 20. & 30. quotiētes horū differētia est. 10  
 p hec diuido distantia stationū: quæ sit. 500. cubiti: veniunt. 50. cubiti altitudo quæ sita. ¶ Huius